



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. VI. Miserè quidam impij statim occidunt; qui religione uiolata,
Virginis statuæ inturiam intulerant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

spiciendam dedit; ut eam pulchritudinem liceret cō-
templari; qua ipsa ab aeterno rege ornata, & praedita
fuerat. Iam in eam illius oculi diu fixi, & intenti fue-
rant, cum statim aperte professus est, in facundam sibi
postea & acerbam vitam futuram, nec se diutius lura-
uere posse, si à serenae illius lucis conspectu diuelle-
retur. Amanterea, ac per benignè ita iuuenem allo-
cuta est: quia ò iuuenis, apud te tam mirificos amores
pulchritudo mea excitauit; & non sine dolore ab ea
te separari indicas, ego à corpore tuam hanc animam
seuocabo: ut mecum hinc in coelum ad filium meum
concedat; & demigret. Quapropter statim eius ani-
ma corpore soluta, & una cum Virgine ab Angelis in
coelum elata est.

MIRACULUM VIRG. P. I.
*Miserè quidam impij statim occidunt; qui religione uiola-
ta, Virginis statuè iniuriam intulerant.*

IN coenobitarum templo, quod Rodupho oppi-
do proximum est, imago Virginis sculpra est. il-
lius pedibus deuoluta mulier, operam precationi
studiosè dabit. Interim duo impij, ac scelesti in mu-
lierem maledicta conferre, & sanctissimam imaginè
diris imprecationibus detestati coeperunt. Imò unus
ex illis in paruum eius, qui toto terrarum orbe capi
non potest, imaginem, lapidem iaciens, alterum eius
brachium effregit. è brachio sanguine statim manan-
te, impius misere occidit: cui, dum alter opem uellet
afferre, a cacodaemone obsessus postero die & ipse
obijt.

obiit. Concurrerant multi ad illud templum, ut effluentem ex illa imagine sanguinem uiderent. Ibi autem omnium in cōspectu, Virginis marmoreum illud simulacrum, ob iniuriam filio iniuriam illatā, capillos lapideos dilaniatum est, ac uestem abscidit. Ea res euēnit anno, c. d. cc. lxxxv. quo tempore inter Philippum Gallorum regem, & Henricum Britanniae regem facuissimum bellum erat.

MIRAC. VIRG. VII.

Intactum, & illaesum Virginis simulachrum impias Sarracenorum manus effugit.

Impij Sarraceni sacratā Virginis aedem ingressi, in multa coelestium simulacra, cuspides telorum conijciebant, quib. oculis effosis omnia deformarāt. Tandem in Virginis ipsius picturam idem admittere ausi sunt; sed ad sempiterni regis nutum eorū impij furores repressi fuerunt. Ita. n. scelestorum uires prostratae sunt; ut minimè ad scelus perpetrandū manus possent erigere, aut subleuare; sed penitus labascerent, ac tremere. Quinetiam, ubi aliquam in partem tela dirigebant; in aliam prorsus manus auerrebantur. Sancta igitur Dei parentis effigies intacta impuras scelestorum manus effugit.

